Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36452
Copyright: Melk, Benediktinerstift



missis militibus suis. iussit eos in carcere tradi. Eductique sunt in fundo cuiusdam villule salaria ab urbe roma plus minus miliario. xxx. supra fluuium tyberim ad portam flaminiensium. et ligatis manibus ac pedibus et fustibus subpositis. igni sunt traditi. sed nequaquam preualuit ignis etiam gethulium exercere. sed magis confortabat in deo. et solutis uinculis in medio christianum stabat. glorificans deum et filium dei. Et milites quidem uidentes minime suam preualere industriam. quod ignis eum minime consumere potuisset. crudelibus etiam fustibus pacientem eum collisserunt caput eius. inuocansque dominum emisit spiritum. Cuius corpus collegit uxor eius symphorosa nomine. et sepelit eum cum ea gloria et honore in tritorio flaminiensium. in loco qui nuncupatur capreis. postquam supradicto tribuno supiore. mercenario pro suis. Regnante domino ac saluatore nostro ihu xpo. cui est honor et regnat deus per infinita secula seculorum. AMEN

In ciuitate Passio sancti Basilidis et sociorum. orientali cum esset beatus basilides officio platonis prefecti. dixit ei dominus noster ihc xps. Ego te uolo tolle de officio platonis prefecti. et in meo officio te esse. Respondit basilides. Domine meus ihu xpe. uis me lapidibus mori. Cui respondit dominus ihc xps. et dixit ei. Qui propter me lapidari fuit uiuet metuo. et coronam pretiam accipiet. Tunc beatus basilides uenit ad platonem prefectum. et dixit ei Domine meus prefecte. ecce xpo annis multis officio tuo fui. et deseruiui tibi. et nunquam a te iniuriam passi. dona mihi modicum ut uadam ad parentes meos Respondit prefectus. et dixit ei. In qua prouincia habes parentes. Respondit beatus basilides. In prouincia italie. in ciuitate que appellatur aurelia. Respondit prefectus et dixit ei. In prouincia ipsa audiui a multis dicentibus. aurelianus multa scelera operatus est de christianis. ne forte te dicant discipulum esse xpi. et faciat te lapidibus premi. Beatus basilides respondit. Ego ad parentes meos uado. Dixit ei prefectus. Quanto tempore mora fiet apud eos. Respondit ei beatus basilides Annum unum. Dixit ei prefectus Annum unum petisti. concedo tibi et alium. uade cum gaudio. Et recessus est beatus basilides ad dominum ihesum xpm. et dixit ei Domine magnas in deuiam patriam a prefecto. ut adpaream meos uadam. et concessit mihi annos duos. Domine me ihu xpe dona mihi unum de discipulis tuis ut me ducat in ciuitatem aureliam. ut uideam parentes meos. Respondit dominus. et dixit ei. Vade tolle tibi unum de fratribus tuis. et uade et uide parentes tuos. ut et illos facias tecum uenire in ciuitatem sanctam hierlm. Respiciens subiungens ait. Non quero a uobis aurum neque argentum. sed christum mitto uobis uitam eternam Respondentes ei fratres basilidis tripodis et madalis Amen. Dixerunt quod dominum. Ecce domine promisisti nobis coronam uite etene Dixit itaque ad eos dominus. Ego uobis omnia sum datus. ite cum gaudio. et ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem seculi Tunc dixit beatus basilides Aurum et argentum nihil quesiuimus facturi. Et dixit ad eos dominus ihc xpus. Vendite omnia uestra. et date pauperibus. Et fecerunt sicut precepit eis dominus ihesus xps. et uendiderunt omnia sua. Tunc beatus basilides dixit. Domine ihu xpe omnia fecimus Et dixit ad eos dominus ihc xpe. Ite in prouinciam que uocatur aurelia. et omnia quecumque dixero uobis facite. Ad